



# Dissertatio medica inauguralis de melancholia

<https://hdl.handle.net/1874/345774>

5.

DISSERTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE  
MELANCHOLIA,  
*QUAM*  
AUSPICE SUMMO NUMINE  
Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,  
M. JOHANNIS LEUSDEN,

Philosophiae Doctoris, & Linguæ Sanctæ in Illustri  
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

U T E T

*Amplissimi Senatus Academicus Consensu, & Nobilissima  
Facultatis MEDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,  
Summisque in MEDICINA Honoribus Prærogativis &  
Privilegiis, legitimè consequendis,

*Publica disquisitione exponit*

BERNHARDUS ARNOLDUS NOTTELMANN, LUBEC.

*Ad diem 25. APRILIS, horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,  
Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academie  
Typographi, clc loc xciiii.



Q. D. T A B. V.

DISSE

RAT

A

T

I

O

M

E

D

I

C

A

I N A U G U R A L I S

D E

MELANCHOLIA,



Um negotium jam nobis sit, non cum verbis sed rebus, nolumus pluribus Etymologiam vocis hujus persequi, præcipue cum omnibus ferè notum sit græcam hanc esse vocem, à μελανίᾳ niger, & χολῇ bilis, compositam. Quoniam veteres hujus affectus causam bili atræ imputaverunt. vid. Galen. lib. v. de loc. affect. cap. v. Leonhard. Fuchs. lib. i. de medend. morb. cap. xxxiv. nec non felic. Plater. lib. de sens. funct. lesionibus cap. iii. p. m. 84. Sed nec de Homonymia multis erimus solliciti, quod ad institutum nostrum æquè parum faciat.

S. I I.

Accedimus itaque ad scopum statim nobis propositum, & ut innotescat quid per Melancholiā hic intellectum velimus, ad ipsam rei vel morbi potius definitionem realem nos accingimus, explicaturi per delirium seu symptoma ratiocinationis nostræ depravatae, continuum vel interruptum, sine febre & furore cum tristitia & metu, falsa imaginatione, absurdis & interdum desperatis actionibus, insomnis terrificis, vigiliis, aliquando etiam cum inflatione hypochondriorum & difficiли respiratione conjunctum, sine causa tamen evidente obortum.

S. I I. I.

Genus patet ex ipsa ægrotantium inspectione, siquidem illi tristitia

## 4 D I S S E R T A T I O M E D I C A

stitia & metu capti, insuper quoque meditabundi nobis apparent, hominesque puto ferè omnes habent, nec si roges illos, quambrem mōreant, causam reddere queant, res omnes sensibiles aut insensibus incidentes titubante modo animo animadvententes. Quod si attendant, eas tamen ipsas meditationibus præceptis suis facile accommodant: sicuti ejusmodi exempla non solum apud varios prostant autores sed etiam quotidie nova & admiranda occurunt.

## §. I V.

Quanta enim illorum hisce adhuc temporibus reperitur multitudine, qui timore mortis vexantur vel torquentur, putantes se crimen aliquod fecisse, quod tamen nunquam animo designarunt. Alii se tanquam moribundos spectant. Alii se corpus vitreum gestare imaginati, verentur, ne asperius compressi, in partes desiliant. Quidam se bruta esse credunt, & voces & gestus illorum imitantur. *Galen. lib. III. de loc. affect. cap. 6.* mentionem cuiusdam facit hominis, qui se Gallum esse putaverit, ideoque Gallos cantare audiens ut hi alarum, sic ille brachiorum plausu latera quatiens, gallorum sonum imitatus est. Nonnulli semper rident, Democritumque agunt; Alii Heraclitum, nunquam non lacrymantes referunt. *Trallianus lib. I. cap. xvii.* se mulierem vidisse refert, quæ ea imaginatione vexabatur, ut medium manus suæ digitum constringeret; tanquam in ipso totam gestaret orbem. Quæ plorabat quoque & verebatur, ne quando digitum inflecteret, totus orbis corrueret, omnesque interirent. Quidam se Numinis afflatos esse existimant, & futura vaticinari cupiunt. Immensus ferè esset, opusque pensi ferè infiniti, Melancholicorum deliria omnia hic recensere. Qui uberiorē exemplorum desiderat historiam, legat *Schenk. & Lazari Riveri observat. medic. Jungantur Ephemer. nat. curiosor. ann. III. obser. 148.* nec non *Galen. lib. 3. de loc. affect. cap. vii.*

## §. V.

Unde non errare nos putamus, si Clariss. Williso assentiamur, statuenti morbum hunc Cerebri & Cordis affectionem esse complicatam. Delirium enim à vitio Cerebri, spirituumque animalium perturbatione proveniens, satis clare testatur, cerebrum partem affectam esse primariam. Quamdiu enim animales illi spiritus justo ordine & cursu, in ipso cerebro per glandulosam ejus substantiam, exliquore & sanguine cerebro instillato separantur, atque organa

organæ rite sunt dispositæ, tam diu quoque animæ operationes suas perficere potest. Ob spiritus autem animales intra cerebri medullum seu corpus callosum (ubi Phantasiam & Memoriam sedem habere creditur) nimis irritatos & in confusionem actos, Phantasmata absurdæ & incongrua, & nœmata confusa animæ rationali objiciantur, non aliter ac cum à diuturna corporis circumgyratione visibilium species inferuntur sensui communi, unde omnia circumagi; modo in altum elevari modo inimum deprimi videntur.

## §. V I.

Illud verò quod ejusmodi spirituum animalium à recto tramite aberrationem causatur; ipse præcipue sanguis est nimis calidus, & per bilis acrioris commixtionem effervescens, cerebrum & illius meninges afficiens; dum ex illo nimium effervescente sanguine ejusmodi acres vapores per insensibilem transpirationem quandam scaturiunt, qui spiritus animales, cerebri incolas satis premere atque inordine ac motu suo perturbare possunt.

## §. V I I.

Atque facilius in hisce morbis delirium excitatur, si vapores malignitatem (ubi fieri solet in febribus malignis) contraxerint, ob quam cerebrum & spirituum animalium motus genuinus unà cum mente facilius perturbatur. Omnibus namque ferè notum est, quod ipsa mens si spiritus parum modo in tranquillo per cerebrum suo dillsru irritentur, sicque non amplius legitimam cursus servent formam, quasi obruatur, nec in se ipsam descendere, aut super cogitationes & ideas inter se confusas flectere possit.

## §. V I I I.

Idem accedit si quid in cibo vel potu assumatur, quod vi hanc delirii speciem quasi inducendi gaudet. Tale inter coetera, & quod frequentius hoc præstat, vinum est, cuius vaporibus spiritus incalcent nimis atque agitantur, & actiones animales præcipue principales turbantur. Solent vero deliria hæc differre, pro diversitate humorum & constitutionis corporis ejus quod vini potu largius utitur. Si enim vini vapor cum sanguinis vapore blando miscetur, homo ad jocos propensior redditur: si cum bile, rixas excitat: si vasa seminaria turgentia reperiat, amorem concitat: si caput sit humidum somnum conciliat.

## 6. D I S S E R T A T I O M E D I C A

## §. I X.

Eadem vis delirium excitandi latitat in *opio*, ex quo Turcæ, *Mashach* suum, quod vocant, conficiunt, ex cuius usu non somnulentii fiunt sed audaciores, furibundi, idque si copiosius sumant, ubi in prælium descendendum est, insani ferè redunduntur, ut in quæ vis pericula audacius ruant. Tali vi herba nostra *Nicotiana* dicta etiam gaudere videtur, cuius fumus si naribus vel hauriatur, (seu ut vulgus plerumque loquitur) bibatur, homines ebrios & quasi delirantes reddit. Sic ex causis remotis plures possunt peti plantæ, earundemque succi, quod quidem si edantur, aut succus ipsarum expressus vel decoctione elicitus detur, eundem facile effectum observabis. Tales sunt *Lupulus*, à quo cerevisia vim inebriandi sumit, & muscae si hauriant, stupore correptæ moriuntur. *Cannabis* cuius pulvis si cum vino detur, citius inebriat. *Herba Datura* in India orientali vulgaris, ex qua vel potius ex illius semine tincturam quandam ad 24 horarum spatium homines delirantes reddentem, Indi parant. Mali verò hujus omnes causas non naturales & præternaturales nec non occasionales in numerum certum redigere ferè humanum ingenium excedit. Prostant passim apud Autores Iex. gr. apud *Sebiz* tract. de simpl. facultat. *Plater.* Tom. I. medic. pr. cap. 8. *Sylv.* tract. IX. & x. append. medic. practic.

## §. X.

Considerandum adhuc nobis est, quid in causa sit, cur Cor tanquam partem affectam hujus morbi accusaverimus? Id verò satis ex illius anxietate, tristitia, animi moerore patere, quibus doloribus Melancholici semper sunt obnoxii, neminem inficiaturum esse arbitramur. vid. *Hipp.* Selt. VI. aph. 23. *Willis.* Path. cap. XI. *Waldschmid.* lib. 2. instit. cap. 10. hæc habet. In tristitia, inquit, & moerore sanguis parvior è corde effluit, cuius orificia quasi constricta tenentur, pulsus tardior est & debilior, diaphragma uno sed leno tenore frequenter deprimitur, unde suspiria & genitus audiuntur. Respiratione quoque non libera sed difficiili & debili laborant homines hoc morbo oppressi, propter tardiorum sanguinis in Cor influxum & effluxum, in quo etiam negotio thoracis retardatur motus, & per consequens pulmonum quoque parumper silitur commotio, ut libere dilatari nequeant.

moball

§. A

Morbi

*inueni hęc, nesciuntur s. XI. rupilioq. n. Melancholia ni  
Morbi hujus symptoma, mœstiam puta, non raro cordi attri-  
bui, multi etiam ex Medicorum ordine testantur. Sennert. lib. 2.  
part. 2. cap. 2. inst. docet, in mœstia & metu omnem calorem  
& spiritum cum sanguine exteriora deserere, & ad corsubito re-  
vocari, unde vires resolvuntur, pulsusque fit parvus cum extre-  
morum refrigeratione. vid. Waldschmid. & Wills. loci superius citat.  
Historiae quoque variae hoc testatum faciunt, quas collegit Schenk.  
lib. 1. observ. 1. nec non Plater. lib. 1. observation. Si itaque sanguis  
tam subito ad Cor revocetur; tunc sane spiritus animales dissolvuntur,  
genae apparent pallidae, torpet lingua, sanguis incrassat, spiri-  
tusque generantur pauciores, & omnia fluida quasi in acorem ab-  
eunt; ex quo spirituum defectu, non solum Melancholie, sed  
pluribus morbis Melancholicis, obstructionibus, schirris tumoribus  
cancerosis, inflammatoriis vel etiam febribus intermittentibus,  
immo ipsi gangrenæ & sphacelo fores aperiuntur. Qui morbi gra-  
vissima rufus adferunt mala, & male curabilia, unde Hipp. tell.  
VI. apob. 56. scribit, morbos Melancholicos dehinciorum vel corporis syde-  
rationem, vel convolutionem aut spasmodum, vel maniam vel cœpitatem vid.  
Barbett. Prax. cap. 2. Plater Tom. 1. cap. 2. p. m. 23. ut & cap. 3. p.  
m. 105. Sylv. lib. 2. prax. med. cap. 21. p. m. 430. Provide autem  
jam à nobis in definitione nominati sunt sine mani festa causa tristis.  
Qui enim tristis est propter obitum amici cuiusdam, vel deper-  
ditionem bonorum, ex incendio vel furto &c. ille Melancholicus  
neutiquam appellandus est, causa enim adeo illius mœstiae mani-  
festa. Quia vero Tristitia, Mœror & Melancholia sibi invicem  
quasi succenturiantur Melancholia facile timorem & mœrorem,  
hi iterum Melancholiā pariunt.*

## S. XII.

Perturbationes istæ Melancholicæ, quarum in definitione men-  
tionem fecimus, nobis hic quoque ansam dant dubitandi, an Ce-  
rebrum & Cor partes solummodo affectæ sint discenda? Quod  
quidem penitus inficiamur, & è contrario confitemur, ipsam ani-  
mam nostram æque ut alias partes hoc in morbo affici, & istius-  
modi Melancholicis perturbationibus obnoxiam esse, adeò ut ju-  
dicium ac libertatem prorsus ferè perdidere, ut ne proprias qui-  
dem suas imaginations à solidis veritatibus distinguere queat, nec  
easdem à se ipsa avertere. Observatu enim maxime dignum est  
in

## 8 DISSERTATIO MEDICA

in Melancholia, postquam morbi naturam induerit, quod imaginationem aliquam absurdam menti imprimat tam siuiter ut nulla rationis evidentia in contrarium, istam semel præconceptam ideam delere aut evellere valeant, quanquam certis temporibus, homines hoc morbo affecti aliis in rebus perinde sapiunt mentisque compotes sunt, ut cæteri mortales. Unicum exemplum hic ex Clarissimi Medici Plateri scriptis recensere, jam sufficere arbitramur. Qui civis cujusdam sui meminit, qui forte cum inputatum incidisset, ubi ranæ ranarumque ova erant, paululumque aquæ deglutivisset, tam plane postea persuasus erat se ranunculos in ventre suo habere, ut per multos annos hunc errorem corrige-re nequiret. Quamobrem medicinæ studio per integrum septen-nium operam dedit, quo remedium investigaret, cuius ope se ab hoc malo liberare posset. Profectus igitur est in Italiam Galliam & Germaniam, ut Medicos ea dere conveniret, postea cum ad Platerum veniret, ipsum quoque ea de re consuluit, falso persuasus, intestinorum crocitum esse ranarum coaxationem. Huic Platerus imponere studens, vivas imponebat excrementis ranas, ut sic eas per alvum ejecisse existimare posset & sanatum esse. Peritia tamen ejus in medicina fecit, ut ista techna nullum fortiretur effectum. Excepta enim unica hac inepta imaginatione homo erat uti autor refert, prudens perinde atque doctus.

## §. X I I I.

Hac de re etiam maximè testantur insomnia, quibus ægrotantes nostri vexantur, dum in iis profundioribus, doloribus & angustiis excitatis ipsa inde angitur anima, quia insomnia sequuntur utplurimum mentis actiones, haec verò sequuntur temperiem corporis & humorum, horum autem splendorem & obscuritatem sentit anima per spiritus. Nam anima uti in aliis facultatibus sic etiam in perceptione spiritibus instrumenti instar utitur, si itaque hi spiritus tam vitales quam animales ab humoribus Melancholicis visciditate & acrimonia subili interdum quoque narcotica vi leviore prædictis turbati & alterati atque obscuri & tenebriosi sint redditii, odio habet illos anima eosque abhorret & pavet, quia illa constat ex æthere splendido. vid. Joh. Heurn. Not. in aphor. Hipp. 23. sect. vi. Sylv. lib. 2. prax. med. cap. XXXI.

## §. X I V.

Posterior hic etiam hac de re nobis cum consentire videtur, in hæc

hæc crumpens verba: ab anima vitio oriuntur ejusmodi insomnia, quando constat ab iisdem agris vigilantibus oscitantius ac confusius observari, examinari atque tractari obiecta passim occurrentia. Sed & hujus rei testis est Casp. Caldera Medicus Hispalensis in Tribun. Medic. & quidem in Antithesœ p. m. 373. ubi demonstrat, animam naturaliter posse in Ecstasi rapi, & p. 372. quo vario modo illa affici possit, edocens: tota anima ait undique saucia stimulo concitatur & angitur, & novitate vexatur & anxia furit atque insanit &c. vid. plura apud Arist. lib. 2. de anim. cap. 10. text. 104. & lib. 3. cap. 4. 5. Ejusmodi animæ affectiones etiam observamus eo tempore, quo vita portenditur periculum, quia tunc ut plurimum, quieta existit, & intellectus & omnes intellecutuales potentiae in cæca confusione fluctuant consilii inopes atque egenæ: Prolixius multo in hujus rei tractatione est, Caldera in Tribunalis medico magico Artic. III. p. m. 89.

## §. X V.

Ex his satis liquet animam nostram ita comparatam esse, ut etiam citra omnem voluntatis suæ consensum in Delirium, Ecstasi & Phantasmata adduci possit; quoniam non in ejus potestate est, aut faltem admodum ægrè suas facultates atque operationes rite ac legitimate exercere, nisi illi subjectum aptum & organon rite dispositum, in quod operari valeat, suppeditetur: seu quia impedire nequit, ne organa hæc variis modis afficiantur: Quomodo vero hæc patiantur ex par. 6. & seqq. apparet. Attamen non negamus manifestum esse, quod & quædam operationes sint animæ, quæ sine organo corporali excentur, ut intelligere & velle; hæc enim in anima tanquam in subiecto sunt. Sic etiam ratiocinatio non est organica, nec actiones suas per organa exerceat corporea, unde per se quoque lædi non potest, sed læditur interdum per accidens, ob læsam imaginationem. Etenim, cum imaginatrix fit facultatis, phantasmata sive imaginationes parere, si illa phantasmata sese recte non habeant ratio interdum lædi potest. Hæc verò animi pathemata semper in Melancholicis necessario non debent uno eodemque modo operari, uti Aretaus lib. 1. de caus. & sign. morb. c. 5. loquitur. Sed sicuti in omnibus non effectus producunt æquales, sed in aliis magis, in aliis minus animum pervertunt: sic habent suas per vices exacerbationes & remissiones, uti in febribus continualioquin accidere solet: aliquos tamen certis duntaxat temporibus, vel aliqua anni tempestate vel Lunæ mutatione, & præsertim mulieres dum uterum

gestant vel pepererunt, vel per menses purgantur sic vexari experientia docet quotidiana.

## X V I.

Unde non magis mirandum est, quod mens in reliquis sit sana, quamquam in una aliqua re adeò deliret, quia istiusmodi pertinacium delusionum origo, quibus gens humana obnoxia est sola imaginationis enormis vis est atque vigor. Quæ quidem facultas, quamvis aliquatenus in nostra potestate sit, (uti & respiratio, quam retardare & accelerare post lubitum possumus) injussu tamen nostro & sine prævia deliberatione ac proposito operatur.

## X V I I.

Quod Melancholici verò & præcipue somniantes, illud quod iis repræsentatur, necessario accipiant pro vero; exinde proficiisci nobis videtur; quia nihil fortius adest, quod enervat perceptiōnem, & ipsi liberati sunt ab omni motu externo, unde minus excitantur: potest itaque ipsorum anima eo tempore in uno objecto perpendendo continuè occupari atque adeo esse attenta, ut ad aliud inter dormiendum nihil attendat. Censemus itaque cum Sylvio, eiusmodi pertinacia insomnia commode quoque ortum suum ducere posse ab anima ipsa, quando non satis est attenta objectorum eorum, quæ ipsius examini offeruntur; sed obscure omnia arripiens singula inde non satis distincte perpendit; unde mirum non est, si & judicium de iisdem objectis feratur confusum & obscurum, si animi affectus inde orientur inordinati, & quidem in somno præser-tim, quo tempore solent omnes illæ functiones obiri imperfectius quam in vigilia. *Sylv. lib. 2. Prax. cap. 31.*

## §. X V I I I.

Quoniam itaque res satis est perspicua, animam nostram naturaliter & quidem variis modis in Ecstasi atque Phantasmata posse adduci, non statim iis adhibemus fidem, qui se vulgo vanâ quadam persuasione à Deo immediate inspiratos existimant, & de divinis rebus multa verba sæpè confusè satis faciunt: Hoc enim contingit, prout Melancholia vel delirium in ipsis magis vel minus prædominatur. Hujus enim temperamenti proprium est se rebus divinis immiscere, instar simiorum hominum actiones & mores imitantium. Et certe, quando in ore hominum spiritus mentio tam frequens est si accuratius hanc rem perpendamus, observare licet nihil aliud esse quam cerebri motus & impetus vehementior, spirituumque animalium

malium exagitatio fortior, in flatuositate consistens, quæ reperitur in temperamento Melancholico & quæ ex humoribus hypochondriacis motu calefactis, originem suam trahit.

## §. XIX.

Qui humores in caput ascendent, & cogitationum nostrarum diversorum prementes, mentem imaginationibus variis implent, & inventionem ita account, & amplificant, ut Melancholicum in Enthusiasten & Pseudo-Phrophetam pervertant, & ad admirationem usque facundum reddant & eloquentem. Nam nullum temperamentum tam calidum est (quemadmodum annotavit Aristoteles) quam Melancholia, postquam fervefacta sit, quippe quæ ad effervescentis aquæ imaginem accedit, adeo ut ignis flammarum excedat. *Vid. Aristot. Probl. Secl. 30.* ubi inter alia afferit, Melancholiæ, dum frigida est, tristitiam parere animique dejectionem, sed semel fervefactam Ecstasēs raptusve animi. Melancholiæ namque (sicut vinum) passiones adaugere, & maximè si sub certa quadam hæresi mentis perennes persistant, indicat eventus & variis exemplis confirmatur.

## §. XX.

Utrum verò in hominum potestate sit, se ipsum in ejusmodi morbos & præcipue in Ecstasi Enthusaſticam, pro lubitu conjiceret, quæſtio non inutilis nobis videtur. Ubi primo expediendum est, quid per Ecstasi hic intelligamus. Apud Hippocratem Ecstasis de vehementi mentis aberratione usurpatur. Nos vero illos nunquam Ecstaticos, qui quasi mente à corpore abstracti diu jacent, & postquam expergefacti sunt, mira se vidisse & audivisse narrant. Sunt autem tres ἐνεργειῶς species: alii divinum quid, alii Diabolicum, alii naturale quid patiuntur; sed non tam de iis ἐνεργειῶς species, quam de hac naturali, nostrum est desquirere, an id vi naturæ fieri possit.

## §. XXI.

Probabilem hanc quæſtionem reddunt ea, quæ paragrapho 19. tradidimus, nec non id quod *Hyer. Cardanus* trahit. de rerum varietate de ſe ipſo eſt de Patre Facio testatur, ſe, quoties voluerit in Ecstasi conjiceret potuisse, adeo ut nullum dolorem in eo ſtatu ſenſerit. *August. lib. 14. de civit. Dei cap. 24.* simile quid narrat, de Presbytero quadam, cui quam primum placebat, ita ſe auferebat à ſenſibus,

ut jaceret mortuo simillimus. Sententiam hanc multi fovent naturaliter hominibus Ecstasi hanc contingere posse, in qua tamen non omnino cesseret Phantasiæ operatio, sed postquam sibi ideam quandam falsam finixerunt, iis quoque accidere posse, ut Deum & angelorum choros se videre existiment, atque ad hanc Melancholicos ut aliás cogitabundos & meditabundos aptiores esse, docet *Fracastorius lib. 2. de intellect. ut & Caspar Bravo in reolut. medic. disput. 3. p. m. 42.* Nos quoque hoc commode evenire posse, arbitramur, quia anima ad res alias interdum adeo intenta est, ut speciem visibilem etiam oculo præsentem, & voces aurem circumsonantes oculo & aure sana non percipiat, id etiam consequi posse, ut intellectus ita se ad rerum sublimiorum considerationem applicare possit, ut sensuum functiones deserat. Huc etiam pertinent Hydrophobia laborantes. Eleganter hac de re scriperunt. *Henric. Morus, disser. de Enthusiasmo. Olaus Magn. histor. de Gentib. Septentr. cap. 18. Caspar Caldera in Feralib. ad Tumulum & quidem in Antithesei station. 3. Jamblichus lib. 1. secmentor. cap. 3.*

## §. X X I I .

Nec in dubium hanc rem vocarunt, Plato, Tullius & recepit Duretus teste eodem Caldera loco antea citato. Hoc enim fieri, ait, à spiritibus antecedentibus in purissima & diaphana cerebri substantia ab omni humana perturbatione abstracta, & dum effectus adhuc in causa continetur. Unde propè mortem & in somno, ut minus distracta anima fortius operatur & diviniora cognoscit: & licet *Jamblichus* omne yaticinium & divinationem super omnem naturæ ordinem esse fateatur, *Comment. ad lib. Coac. text. 4. nihilominus* tamen in somno, ab dormientibus, nec plene vigilantibus futura præcognosci animadvertis; hoc vero, inquit, accidere aut à cognitionibus quæ ab animo proficiscuntur, vel à nostris consiliis aut rationibus promoventur. Hoc etiam testimonio suo confirmat. *Plinius lib. 7. histor. cap. 56* quod anima nostra moveatur per ideas antea reservatas & à corporis affectionibus impressas. Qui plura de hac doctrina cupit, legat supra citatos autores, nostram enim non est, totam de anima & Enthusiasmo doctrinam pertractare, sed solummodo ea quæ ad scopum nostrum pertinent.

## §. X X I I I .

Tradita sic de hujus morbi parte affecta, opinione nostra, hoc etiam loco non silentio prætereunda nobis videtur antiquorum dogma-

dogmaticorum hac dere sententia, quam annotavit Galen, lib. de U. P. & lib. 2 de loc. affect. cap. 1. cō tendens, ut excrementum Melancholicum in hepate elaboratum, ab eo per ramum splenicum ad lienem advehatur tanquam viscus destinatum à natura propurgandis limosis atque Melancholicis succis in hepate genitis, quibus est nutriti, & in ventriculi fundum per vas breve eructare ad famem excitandam super addunt. Sunt & alii, qui huic subscripterunt opinioni. videatur Fuchs part. 1. insit. p. m. 202. Casp. Bravo part. 3. Resolut. medic. disput. iv. & alii plures insuper adiungentes, quanquam jecori insita sit vis generandi humores, Melancholicos, pro nutritione præcipuarum partium corporis; non tamen similem vim Lieni denegandam esse, qua Melancholiā generet & saltem aptam pro sui ipsius nutritione & partium quæ illi connexione in naturali regione adhærent, quia Lien modum substantiæ habet & constitutionem jecoris similem, variisque prædictus est vas, in quibus contenta pars chyli crassior possit mutari in Melancholiā, tum etiam quia Fernelius lib. 2. Physiol. cap. 7. Schenk, lib. 3. observ. 19. Vesal. lib. v. cap. 9. observarunt, liensem saepius defectu hepatis, illius vices per vitam supplere: concludunt itaque, liensem partem affeetam esse primariam. Nos omnia secundum ordinem considerabimus.

## §. X X I V.

Quod itaque primam spectat veterum opinionem, quod excrementum Melancholicum ab hepate rejectum, à Liene rursus per ramum splenicum attrahatur, hoc, venas & meatus, quibus lien donatus est, meatum illorum exortum & progressum accuratius perpendenti, non ita probabile esse videtur. Nam, quod exortum eorum attinet; demonstrat nobis anatomia, meatus in liensem exorrectos non ab hepate aut ex vena cava oriri, & nullum ramum ex vena splenica in epatis substantiam, sicut folliculi fellei canales, pertingere, sed à vena portæ egredi, & quidem antequam hepar attingit. Cum igitur ramus splenicus longe infra hepar situs sit, & transversim ad lienem mittatur, facile corruit illa opinio, quâ aliquid per illum ductum à liene ab hepate recipi creditur. Progressus deinde ac insertio horum meatum in substantiam lienis, summo cum artificio constituta, varieque per totum viscus distributa, persuadet etiam, hæc vasa in longe nobiliorē & præstantioreū usum, quam exrementi solum receptionem, condita esse. Etenim si

## 14 D I S S E R T A T I O M E D I C A

excrementi saltem gratia creatus esset lien, necessario quoque capacitate idonea ad excipiendum humorem gaudere deberet. Nulla autem in liene appetat cavitas satis ampla excipiens, quemadmodum in vesicula fellis, & in renum sinibus membranosis vel in vesica. (2) Nullum quoque fœculenti illius & limosi humoris in liene observari potest vestigium, sicut in folliculo fellis manifeste bilis flava appetat. Et cum paucissimum sit excrementum Melancholicum & bilioso longe paucius, ut docet Galen, lib. 5. de U. P. cap. 6. quorsum opus esset tam amplum, & fellis vesicula longe majus receptaculum? Tandem ratio etiam firmissima est quam tradit Thom. Bartholinus Medicus insignis, lienem excrementi receptaculum non esse, quia alterum sanguificationis organon existit. vid. *Magnum Malpighium in tract. de usulien.* nec non *Barthol. Anat. reform. lib. 1. p. 108. Gerb. Blasii anatom. lib. 2. cap. 9.*

## §. X X V.

Quod alteram attinet sententiam, Melancholiā in liene par modo, ut in hepate, generari. primo statim intuitu videre licet, opinionem hanc veritati non consimilem esse. Nam in quacunque parte humor generetur, materia ex qua, nec non cavitas in qua ut suppeditentur, opus est. Lien vero ejusmodi materia chyloscilicet crassa caret, unde meritò judicamus, in illo humorem nullum generari. Major sua radiat luce. Minorem exinde probabilem reddimus, quoniā nullae dantur viæ manifestæ, per quas chyli portio crassa ad lienem vehitur. Et utut nonnulli sint, qui causam chyli partim per arterias mesaraicas ad lienem deducere volunt, ut ibi in sanguinem coquatur, ex ligaturis tamen oppidò manifestum est, arterias mesaraicas sanguini ad Mesenterium devchendo destinatas esse; sic etiam à natura longe alienum est, sanguinem & chylum eadem via vehi & revehi, ne confundantur. Præterea nemo Anatomicorum ibi in sectionibus vivis unquam chylum observare potuit; crassa enim & lutosa chyli portio, qua nulla pars ad sui nutritionem indiget optimè per intestina expurgatur.

## §. X X VI.

Quæ de Melancholiī succi limosi vel excrementi, quod in liene transmutari non poterat, eructatione ē liene ad ventriculum per vas breve, referunt, ea veritati quoque non respondent. Nam quia lien nullum ex hepate recipit excrementum, non videmus, quomodo

quomodo tale in ventriculum effundere valet. Porro si ejusmodi fœulentum & Melancholicum excrementum è liene ad ventriculum mitteretur; fieri nequiret, quin substantiae, quæ in ventriculo generatur chylo sc. admiseretur, eamque inquinaret atque corrumperet. Sed quod ad ventriculum per vas breve vehitur, succum quendam acidum esse, nemo Recentiorum inficiatur. Qua de re insignis ille Anatomicus *Marcell. Malpighius cap. de Lienis usu eleganter scripsit.* Huic assentientur *Sennert. lib. I. inst. cap. 9.* & *Andreas Vesalius* hac habet. *lib. v. cap. 9.* Ego sane, inquit, de hoc lienis exrementi in ventriculum eructatione, & ejus usu nihil afferre audeo: neque etiam sectio hec, qua tamen circa ullam controversiam anatomes Professores audacissime asserunt. luculententer demonstrat, &c.

## §. XXVII.

Perspecta sic parte affecta & iis, quæ circa eam nobis consideranda fuerunt, jam causis illis, quæ hujus morbi parentes non rarò existunt, enucleandis operam navantes progredimur, scrutando primò causam ratione delirii; talem esse, existimamus, spirituum animalium cerebri incolarum diathesin præter naturalem ac motum inordinatum. Quæ diathesis hunc in modum vulgo describi solet, nempe quod illi, cum alias lucidi, transparentes & subtile creduntur (quandoquidem subtilissima eos constituit sanguinis pars) in Melancholia obscuri, opaci atque tenebricosi reddantur, adeoque rerum vel objectorum Ideas velut larva aut umbra abducentas repræsentent. *vid. Job. Heurn. Comment. in aph. Hipp. 23. sect. vi. Willis. pathol. c. 10. 11.* Causa vero illius diathesis præternaturalis spiritus ipsi existant, siquidem arbitramur, eos potissimum hoc in casu propriè indolis vitio acetosam & acrem hanc indolem concipere, & prædicta in definitione symptoma ægrotis accersere, & non ob cerebri poros & meatus obstrutos, (ut vulgo creditur) quia neque apoplexia nec Paralysis & vertigo aut convulsio huic affectioni adjunguntur, quæ cerebri obstrukiones arguunt.

## §. XXVIII.

Id verò quod irregularem motum spirit. animalium producit, communiter ipse sanguis est atrabilarius seu ejus varia constitutio: (per sanguinem autem atrabilarium talem intelligimus, quatenus è particulis salinis, una cum sulphureis constat) inde spiritus animales indole acetosa præditos progignit. Sicut enim mutatur sanguis

## 16 D I S S E R T A T I O M E D I C A

sanguis ita etiam spiritus. Ejusmodi sanguinis dyscrasiam quoque augeri faciunt spiritus functionis vitalis officia perperam obeuntes. Quando itaque à sanguine crassim modo hanc, modo illam, aliquamque nacto aut subtilem aut clari, vel crassi & quasi fuliginosi extilantur, fit, ut functionum animalium organa quoque variè irradient & trajiciant, earumque actus proinde diversimode perversant. Præcipue autem sanguis Melancholiæ parens existit, cum vel nimia sua effervescentia tumidus, vel materia venenata prægnans, vel quatenus particulas indomitas vel malignas & regimini animali infestas continens, sese cerebri poris & meatibus insinuat.

## §. X X I X.

Methodus verò insinuationis hæc est; particulæ sanguinis heterogeneæ, postquam in eo effervescentiam excitarunt, sanguis interdum ebullitionis suæ impetu delirium concitat: dum exiles arteriarum propagines, quæ per cerebri ambitum exteriorem ubique diffusæ sunt, turgescens pertranseat, easque valde inflat & extendat. Deinde quoque malum hoc producit, cerebri substantiam premando, spiritusque varie impellendo, quasi eos in turbas valde confusas cogit. Simile quid efficit, dum non tantum particulis febrilibus turgescens aut spirituosis vinosis & indomitis, sed interdum etiam malignis & venenosis prægnans, spirituum animalium copias plus dissipet, quam eos in tumultus adigat; unde ideæ corruptæ, cogitationes non cohærentes oriuntur, uti hoc in febribus malignis, peste & variolis evidentiùs observare licet.

## §. X X X.

Perpectis itaque causis pro catarcticis, quas duplices esse ex paragraphis antecedentibus animadvertere licet, tertiam adhuc superaddimus, quæ cruditas est ventriculi acida, seu humoris mucosæ & acidi inventriculo & primis viis collectio ab alimentis nimis acribus, falsibus & facile acescentibus assumptis ortum trahens, quæ à Galenicis sub nomine intemperici frigidæ ventriculi traditur. Ex qua mediante vitiosa fermentatione chylus progignitur falsus & aciditate infarcitus, qui sanguini deinde communicatus ipsum quoque falsum & acidum reddit, unde sæpe numero Melancholia natales suas deducit, sicuti hoc in paragraphis antecedentib[us] pluribus pertractavimus. Hoc quoque manifestum est, quia hoc vitio correpti Galeno lib. v. de loc. affect. cap. v. testante, post cruditatem acidam Melancholicis symptomatibus magis semper molestantur.

## §. XXXI.

## §. XXXI.

Ad causas remotio res referimus omnia, quæ spiritus animales ab extra perturbare & in confusionem agere valeant. Ejusmodi generis sunt tristitia vehemens, amor vesanus, terrores panici, invidia, cura & studia immodica. Nec minus crebro accidit, Melancholiæ, sanguinis labem temporis tractu quodam spiritibus demum impertiri; propter hanc rationem nonnulli hæreditario jure isti morbo obnoxii sunt. Ceterum vietus inordinatus, evacuationes solennes subito suppressæ sanguinem facile inquinant ac atrabilarium redundunt, cuius dein prava diathesis spiritibus communicatur. Humores quoque viscidi & pituitosi in corpore stagnantes, Melancholiæ & quidem eam, quæ vulgo hypochondriaca audit, frequenter producunt. *Vid. Sylv. lib. 1. Prax. cap. 30. §. 70.* Alios quoque Melancholiæ affectos esse, ex sola seminis putridi retentione, observavit Caspar Caldera, *vid. Tribunal. Medic. Sect. 2. p. m. 289.* Sic quoque Melancholiæ interdum è loco diverso, Diaphragmate nempe ori- ri annotavit Hipp. lib. 2. de morb. text. 159. Hæc sunt prudentis sensis verba. In visceribus velut spina esse videtur, & pungere: & anxietas illum corripit & lucem ac homines fugit, & tenebras amat & timor invadit: & septum transversum foris tumet, & ad contratum dolet, & expavescit, & insomnia horrenda videntur, & quandoque mortuos, & morbus hic fere plurimos vere corripit.

## §. XXXII.

Quoniam itaque omnia illa causæ morbificæ fieri possunt, quæ corporis naturalem constitutionem lædere atque immutare valent, inter quæ sex res nonnaturales insimum non merentur locum; eos optimo quoque jure silentio penitus præterire non possumus; dum saepe numero Melancholiæ quoque causæ existunt efficientes. Et primo ab aëre fit maxima alteratio, utpote in quo continue vitam degimus, & sine quo nisi brevissimo tempore vivere possumus, uti experientia quotidiana hoc testatum facit. Dupliciter vero Aëris nos afficit, dum eum inspirando attrahimus, & dum corpus nostrum ab extra ambiens, undique attingit, & ob substantiæ tenuitatem in profunditatem ejus penetrat per poros; arteriarum quoque dilatatione attrahitur; siquidem certa quædam Aëris particulæ sanguini per pulmones circulanti communicantur, & cum eo ad ventriculum cordis sinistrum deferuntur. Hoc facile largietur quis anatomicæ peritus, canales tenuissimos pertingere ex aspera arteriâ

## 18 D I S S E R T A T I O M E D I C A

teriā in arteriæ & venæ pulmonalis ramos, per quos Aér ad sanguinem usque ei penetrat, modō forsitan non plane dissimili ei; quō per ureteres urina in vesicam penetrat. Hoc enim ritu interne & externe intemperiem, qua gaudet, corpori nostro communicat. Sicut enim Aér purus, in motu & mixtione rite dispositus vi sua elastica sanguinis circulationem per pulmones promovet, & nimiam sanguinis & humorum rarefactionem temperat, sic etiam aér impurus, & à vaporibus ex aquis & exhalationibus terræ contaminatus redditus, impuritate sua sanguinis progressivum motum per pulmones sufflaminat, & humores incrassat, iisque contagium suum communicat, & putrescere lymphamque restagnare facit, & acidum Melancholicum auget & foras educit, præcipue vernali & autumnali tempore, uti omnium Medicorum princeps Hippocrates ipse Aph. 20. Sed. 3, testimonio suo confirmat, aëris vernalis Diathesin ad Melancholiā proclivibus hominibus valde esse noxiā: cum inquit: vere insaniæ, Melancholiæ & Epilepsia existunt: id est vere novo & maximè cum fabæ florent, uti annotavit Clariss. Heurnius quia non raro tunc temporis Aér pravam Diathesin ex vaporibus & halitibus terræ & aquarum justò copiosius induit & secundum constitutionem, qua ille affectus est, corpora quoque nostra afficit.

## §. X X X I I I .

Cibum & potum quod spectat, quanquam creatus sit à summo numine ad corporis nostri conservationem & nutritionem, nequam tamē negandum est, eundem & quantitate peccantem, (etiam si in eo afflumendo error committatur) morbos ferè plurimos producere posse: si præsertim corpora inveniat, quæ jam dispositionem quandam ad morbum induerunt. Unde haud minus veritati consentaneum est, errorem invictū causam morbi subinde existere principalem, ob quam plurimi ante senectutem justam morte rapiuntur. Qualis vero cibus & potus hunc effectum præstat, in §. hujus dissert. 8. & 9. jam indicavimus. Qui hac de re uberiorē desiderat catalogum. Vid. Sennert. lib. 2. instit. cap. 2. part. 2. nec non Platerum & alios illic citatos autores.

## §. X X X I V .

Somnus quoque & vigiliæ nimia morbi hujus sunt hostes infissimi. Nam sicuti alias somnus & vigiliæ moderatae corpus nostrum sanum conservant, ita enim nimius & immoderatus somnus meta-

stas in

Ita si in materiae morbificae ad caput significat & sanitatem destruit.  
*Vid. Hipp. Aphor. 3. Sect. 2.* Somnus & vigilia, utraque si immoderata sint, malum. Etenim quia constat, somnum nihil aliud esse, quam vaporem benignum sanguinis seu spiritum humidiorum arteriarum, qui per arterias carotidas fertur ad cerebrum, facile animadvertere licet, qua ratione Melancholia correptis inimicus est, ob delirium nimirum, quod auget; vel quia spiritus animales obscurat & quasi torpidos reddit, praeterea etiam humores & pituitam cumulat & ad coagulationem disponit. Possunt hac de re videri *Sennere. lib. 2. instit. part. 2. cap. 2. Sylv. lib. 2. Prax. cap. 13. Waldschmid. in instit. lib. 2. cap. 7. Heurn. Comment. in Aphor. Hipp. 1. Sect. 3.*

## §. XXXV.

Pari ferè modo & quidem dupliciter hujus morbi causæ fieri possunt nimiae vigiliae per se & per accidens, per se dum humores Melancholicos magis magisque elevant & propter abolitam quietem ad vitiosam induendam effervescentiam præparant: per accidens vero quatenus spiritus ex somni defectu aut perperam moveri aut plane dissolvi faciunt; & ita corporis vires labefactant, & delirium majus inducunt, dum cerebrum (quod in vigiliis maxime laborat, quia sensibus ac motui nec non spiritibus instrumenta suppeditat) exhauiunt & hoc modo mentis alienationem excitant. *Vid. Sylv. lib. 2. Prax. Med. cap. 13. & Waldschmid. in instit. lib. 2. cap. 7. dicens.* In nimis vigilis spiritus immixtuntur & in mixtione turbantur, & in qualitatibus ratione volatilisationis depravantur (unde virium labes factio atque delirium) præsertim si spiritus studiis severioribus impendantur, unde sanguis pariculis suis activis exsuffiat, & quia salia propter pariculas terrestres volatilis nequeant, sanguis crassior, acidus ac fœculentus redditur. *Eruditissimus Willisius tract. de anim. brutor. part. 2. cap. 4.* latissime demonstrat, quot variis modis vigilie morbos varios præcipue autem delirium non solum producere, sed jam productum augere valeant. *Sic Hipp. Aphor. 3. Sect. 2. & Heurn. in Commentario ajunt.* Vigilia immoderate Cerebrum exhauiunt spiritibus, parentes sunt cruditatum omnium. Et inde significatio adfertur squalidioris cerebri & iniquæ metastaseos in cerebrum.

## §. XXXVI.

Motus & quietis eadem ferè est ratio: Multa præprimis mala oriuntur eæ nimio motu, si humoribus vitiosis corpus sit refertum. Humores enim pravi & qui antea sopiti quasi quiescebant, motu

nimiris agitati per universum corpus feruntur, & præcipue ad cerebrum delati, quod pars est imbecillior eosque repellere nequit, ejus substantiam nimis premunt; ibique restagnantes acescere fibrillasque nerveas corrodere incipiunt, propter inductam acrimoniam, unde delirium. Præterea quoque motus, si modum exceedat, particulas Massæ sanguineæ volatiles (è quibus spiritus animales constant) dissipat, unde reliquus incrassatur. Quies vero nimia sanguinis volatilisationem impedit, pituitam auget; partes quoque sanguinis ab eo non exsolvuntur, & ita spiritus ad inservendum menti minus apti fiunt. Animi Pathemata quomodo morborum occasiones & causæ fiunt, annotaverunt ex veterum ordine Galen. lib. de sanitat. tuend. cap. 8. Hippocr. lib. 6. Epidem. sect. 5. text. 9. Ex recentioribus omnium elegantissime descripsit Waldschm. lib. 2. instit. cap. 10. & de excrementis & retentis cap. 9.

## §. XXXVII.

De Melancholia ejusque parte affecta & caulis jam egimus; quatenus præsenti instituto nostro convenire censuimus. Animus nunc nobis est brevibus morbi nostri differentias ostendere, quæ ex prædictis facile colligi possunt. (1.) Enim respectu morbi subjecti, (2.) ægrotantis temperamenti. (3.) ratione causæ proximæ magis vel minus alte defixa, (4.) imaginationis læsa. Primum quod spectat, Melancholia à Neotericis in animalem & humoralem distinguitur, quatenus mox animam mox corpus vel potius sanguinem occupat; animam: dum varias ac falsas suas impressiones cum variis animæ potentiis v. gr. ratiocinatione, voluntate & intellectu communiciat: sanguinem: dum inquinamentis suis multiplicibus totam sanguinis massam & humores cum eō corrumpit. Secundò Melancholia ex ægrorum judicatur temperamento, prout scilicet in ipsorum sanguine atrabilario particulæ sulphureæ aut salinæ aut pituitosæ acidæ aut terrestres, spirituosis tamen depressis magis aut minus prædominantur aut exaltantur; symptomata quoque delirium vel tristitia, furor vel ingenii stupiditas magis aut minus adjunguntur. Tertio. Continua vel intermittens dicitur Melancholia, prout ejus causa proxima in spirituum hypostasi fortior aut levior defixa est, adeo ut hoc morbo correpti, interdum per plures menses & annos non satis recte valeant: aut sanguineam Massam magis aut minus inquinat. Tandem (4.) quod Melancholicum Typi tam varii existant, oritur ex imaginatione læsa; nam si

imagi-

imaginatio ita perturbatur, ut species & notiones à sensu vel phantasia oblatas aut perperam concipiatis, aut male componat vel dividat, statim nœmata tantum deformia & valde confusa contemplatur & effingit, & judicia & ratiocinationes à se invicem abstractas producit, quia ratiocinatio & imaginatio non raro simul laeduntur. Quorum ægrotantium tamen præcipua differentia in hoc consistit, quod nonnulli in omnibus aliis verò in una tantum re delirent.

### §. XXXVIII.

Signa diagnostica ex definitione possunt repeti. Sunt verò delirium, tristitia, metus, sermones absurdi nec cohærentes; difficilis respiratio, obscura facies, odium & hominum aversio juxta hanc Hippocratis sententiam. *Si timor & tristitia longo tempore perseverent, ex eo Melancholia significatur. Seez. vi. aph. 23.* Qui ex totius corporis consensu Melancholia laborant, iis corporis habitus est gracilis, niger atque hirsutus. Qui ex hypochondriis & primis viis vitium contraxerunt, eos sanè præter metum & tristitiam, cruditates, (quas plurimi flatus consequuntur) acidi ructus, æstus & gravitas hypochondriorum arguunt. Hypochondria etiam sursum nonnunquam convelluntur & inflammatione conflictantur, idque potissimum circa morbi exordium. Somnus quoque exiguis fit, somnia turbulenta & enormia, vertigines capitis & in auribus flatuum sonitus.

### §. XXXIX.

Prognosin quod attinet: Melancholia affectus est curatu difficultis & chronicus, quia tota Massa sanguinea debet corrigi; ut autem hoc fieri possit, non minimum requiritur temporis spatium, ideo per plures septimanas immo menses medicamentorum usus est continuandus: & licet quoad salutem aut mortem utplurimum tuta habeatur, eventus tamen ratione maxime incerta est: si quidem nonnulli brevi ad pristinam rediguntur sanitatem, alii non nisi longo temporis intervallo convalescunt, alii nunquam curantur. Si à causa evidenti quadam v. gr. vehementi passione excitata sit, tutior est illa, quæ sensim invadit: & si causa illa manifesta statim amoveatur, saepè sponte cessat & facili negotio sanatur. Melancholiæ verò, in qua spiritus animales jam à debita diathesi declinarunt, & tota Massa sanguinea inquinata est, ~~negritus~~ difficulter admodum & non nisi longo tempore suc-

cedit. Melancholia diutius protracta non raro Maniam parere solet. Hæc enim isti in tantum affinis est, ut hi affectus sœpè vices commutent, & alteruter in alterum transeat: namque tam in Mania quam in Melancholia peccat sanguinis intemperies crassa viscida acida atque fœculenta; nisi quod in Melancholia partes sanguinis crassæ segnius moveantur, verum constanter & continua serie: in Mania vero velocissime agitantur (principè si ægroti ejusmodi utantur alimentis quæ sanguinis particulis jam in motum actis stimulum adhuc adjiciunt) & spiritus animales simul in talem vehementem motum cidentur, ut cerebri partes varie pulsare novosque poros procedere possint. Unde etiam Maniaci Melancholicis robustiores evadunt. Etenim spiritus illi crassi semel in motum acti magnam vim in partibus habent. Interdum morbus hic contumax factus facile in Morosin, quandoque item in affectus convulsivos transit, aut Paralysin aut Apoplexiā immò aliquando mortem violentam accersit. *vid. Willi tract. de anima brut. part. 2. cap. xi.* Hippocrates sect. vi. aphor. 56. inquit, *Melancholicorum morborum adhac periculosi decubitus, vel corporis syderationem vel convolutionem, vel maniam vel cœcitatem denunciant.* Postquam nimis humores Melancholici accidi Salino sulphurei uredine & putredine maligna prægnantes per totam cerebri substantiam sunt effusi; & in nervos repti. Hæmorrhoides supervenientes Melancholiæ optimum judicantur remedium ob sanguinis viscidæ & crassi evacuationem, hinc reliqua portio magis exaltari atque volatilisari posset. *vid. Hipp. aph. 21. sect. 6. nec non Waldschmid. Prax. cas. xv.* Spes quoque nulla nobis de curatione relictæ est, quando hoc malo correpti nimis sunt pertinaces, & omnia medicamina & tractationis methodum reprehendunt atque respuant.

## §. X L.

Cognitis nunc causis tam proxima quam remotis & morbi hujus symptomatibus, nos tandem ad scopum primarium accingimus, & Melancholiæ curationis rationem habemus. Qui affectus sicut maxianas in curatione parit difficultates, multumque temporis requirit, ita quoque non minus intricatus esse solet. Curatio enim secundum causarum tam evidentium quam proximarum & symptomatum indies de novo evenientium varietatem, vario quoque modo institui atque mutari debet. Medicum autem oportet principè non tantum remedia sed & medendi methodum subinde mutare.

tare. Notandum verò præprimis est, quod causa manifesta, si notabilis quædam præcesserit, citissime removeatur, vel remotio faltem ejus simuletur.

## §. X L I.

Instituatur autem curatio secundum has indicationes. Spirituum ante omnia animalium diathesis præternaturalis corrigenda & naturalis restauranda est. Animi quoque motus vehementes concitati aut sedeantur aut per alios oppositos subjungentur. (2) Sanguis crassus ac fœculentus attenuetur & volatilisetur. (3) Acidum vitiosum in sanguine latens mitigetur, ut spiritus animales iterum generentur subtiliores & ad debitas operationes apti. (4) Humores Melancholici atrabilarii expurgentur. (5) vires & totum corpus roboretur.

## §. X L I I.

Indicatio prima quæ spirituum animalium indolem respicit, monitis & artificiois inventis haud minus quam medicina perficiatur. Pro spirituum autem medela procuretur, ut anima à pathemate molesto, Tristitia, Mctu, Odio, Amore insano & similibus liberetur & ad alacritatem & lætitiam disponatur, idque rationibus undicunque petitis, atque mentem afflictam excitantibus & recreantibus. Quam ob rem v. gr. vesano amori substituantur edium & indignatio: Tristitiae possunt opponi voluptatis blanditiae, confabulationes hilares aut jocosæ, cantus, musica aliaque exercitia jucunda: aut etiam terror panicus adhibeatur, ut ita qui tristes ac cogitabundi semper apparent à concepta & menti firmiter impressa idea citissime destituantur: pari modo etiam ad cœteres passiones compescendas procedi potest. Medicamina quibus spiritus animales fixiores & dejecti, torpidi & ad motum ineptiores excitari, & à vi narcotica ipsis admistâ liberari debent, sunt Salia volatilia, & omnia medicamenta mordacitate aromaticâ prædicta: ut sunt Sal volatile C. C. vel Ammoniac. cum tantillo vini generosi solutum, liquor C. C. succinatus, Spirit. Salis Ammoniac. aromatisatus, Sal. volatile oleosum Sylvii &c. E regno vegetabili Salia volatil. plantarum Erysimi, Cochleariæ, Taraxaci &c. Conducibilia etiam sunt aromata Piper, Caryophylli; Allium, Raphanus rusticanus, Sinapi, Castoreata quoque & similia sæpius minori quantitate usurpata. Sic. v. gr. ȝ. Aqu. Cochleariæ, Erysimi an. ȝj. Tincturae Castorei ȝj. Olei Caryophyllor. gt. ij. vel ij. sirupi Cochleariæ

Cochlearia z̄s. Misceatur. S. Mixtur da von ofters ein löffel voll, Ope enim horum medicamentorum Spiritus animales non tantum fluidiores iterum redduntur & à suo torpore liberantur, sed & ipsa quoque vis narcotica corrigitur, ut spiritus nunc iterum erecti ac volatilisati liberiusque expansi debito etiam ritu rursus moveri, ipsumque cerebrum irradiare queant. Si autem spirituum animalium motus nimius adgit, mitigandus & fistendus ille est, per anodyna & opiate prudenter & in parva quantitate adhibita. Ab autoribus hoc in affectu valde commendatur Laudanum opiatum & pilulæ ex eo paratae, quia vehementem mentis commotionem permanentem fistont & spiritus sopiunt, simulque somnum inducunt. Pilulæ hunc in modum præparantur. Rx. Mass. Pilul. de Cynogloss. Dij. Laudan. opiat. gr. iiij. M. Fiant Pilulæ No. x. Accipiat æger alternis horis harum pilularum unam, donec aliquis somnus ei obrepat, qui tamen diligenter observandus est. Caute tamen ejusmodi medicamentis utimur, & maxime si dolor anodynus anteajam usurpati non cedat, sicque præsens periculum immineat. Ab extra linimenta & unguenta possunt applicari, quia non raro reliqua Melancholicorum symptomata, à vehementibus etiam capitis doloribus solent concomitari. Formula talis linimenti sequens esse potest. Rx. olei Chamom. Unguent. Dialtheæ an. 3j. Olei Major. Absynth. Lumbricor. an. gt. iiij. Camphoræ gt. ij. Misce, fiat linimentum pro fronte & temporibus.

### §. X L I I I .

In secunda indicatione sanguinis attenuatio & volatilisatio requiritur quæ optime fit per venæ sectionem. Præprimis ubi totum corpus humoribus Melancholicis abundat, optimo jure medendi initium phlebotomiâ facimus, nisi extrema virium prostratio illam impedit. Et quanquam veteres Galenus ejusque Sectatores semper dubii fuerint; an Phlebotomia tutè in hoc morbo instituenda sit vel non? Attamen recentiores temporis tractu & experientia meliora edocti longe aliter sentiunt. vid. Clariss. Willis. tr. de anim. part. 2. cap. II. qui inquit. *Sanguis missio in omni fere Melancholia locum habet, & nonnunquam sepius reiteranda est, namque sanguine adusto & effato per vices subtracto in locum ejus novus spirituosior repulitur. Huic assenit Waldschmid. lib. v. instit. cap. 6. & in praxi casu xxv. Calculum quoque his adjicit. Eruditiss. Sylvius nec non Platerus & Senertius.* Hæc sunt illius verba: *vena sectionem præcipuum ad curationem*

rationem Melancholia Germania remedium esse censet Platerus; scribit que se longa observatione didicisse innumeros hac ratione sanatos fuisse à Chirurgis quibusdam, & aliis, qui hisce morbis sanandis operam derunt, qui vigesies & sexagesies quoque venas tundendo infanos penitus & Melancholicos, ita restituerunt, ut postea sani adhuc longam coluerint vitam. Quænam itaque vena tundatur nobis perinde erit, siquidem venarum delectum non magni aestimamus, utpote quæ omnes ab uno eodemque trunco ortum suum habent, modo talis eligatur quæ neque nervo neque tendine gaudet subjacente; harum enim sectio non raro magno cum periculo instituitur; Cephalica inde vena in brachio omnium tutissime tunditur, partim quoniam, medianæ ut & epaticæ nervus & tendo subjacent, partim etiam quia in capitis affectibus non nihil magis juvat ejus sectio, quia in hanc inseritur ramulus à jugulari externa accedens. De quantitate, loco, nec non modis remedii hujus celebrandi variae feruntur autorum sententiae. Attamen postquam Medicus sanguinis motum & affectionem omnesque alias circumstantias ritè pensitavit, sufficiat primo quantitatem ejus modicam unicas viii. vel x. è brachio, & si opus fuerit potestea minorem detrahere. Nonnulli Medicorum venæ salvatellæ apertio nem suadent, quia adē insigne levamen conserat. Hoc certum est, si Melancholicis firmiter persuasum sit, venæ sectionem præ aliis curaturam esse, quod illi etiam ex phlebotomia insignem usum ac fructum hauriant.

## §. XLIV.

Tertio acidi vitiosi mitigatione indicatur, ut spiritus animales subtiliores & ad debitas operationes aptiores generentur; unde commendamus salia lixiva tam volatilia quam fixa. Volatilia enim ac spirituosa aciditatem alterant atque egregie temperant, & fixa acidum potentissime infringunt, & ejus acrimoniam concentrant. Et quia hoc in affectu tota Massa sanguinea acida est, non incommodum erit cum alimentis ex vino vel alio potu ordinario Salia usurpare volatilia; uti sunt Sal. volatile urinæ à gt. xx. ad xxx. Sal. volatile Ammoniac. à gr. vii. ad 3j. Sal. Tartari cum spiritu vini volatile redditum à 3j. ad 3j. vel alia benigniora tum acidum temperantia tum ad sudorem quoque corpus blande disponentia uti est Sal. volat. oleos. Sylvii quo abundant spiritus vini aromaticus: conductit quoque quilibet spiritus

## 26 D I S S E R T A T I O M E D I C A

tus vini aromaticus, utpote Sale quoque volatili & oleoso præditus, omnia quoque olea aromatica si cum vini spiritu artificiose uniantur, haec enim in corpore simul sudorem excitant. Sic etiam adhiberi possunt Salia lixiva fixa, quæ æque ac volatilia aciditatem infringunt & ejus acrimoniam temperant. v. gr. Sal Erysimi, Cochleariae, Taraxaci & Absynthii &c. item Corallia, Margaritæ, Lapis Hæmatites & omnium Concharum genera in primis calcinata; ex regno minerali Tinct. Martis, cum succ. pomor. Borsdorf. parata, datur ad gt. 40. in liquore appropriato vel syrupo aperitivo. Conducunt etiam aquæ acidum diluentes & temperantes, quales sunt infusa herbae Thee & fabarum Coffe. vid. Waldschmid. in Prax. Cas. xv., acidulas etiam hoc in affectu magnum præbere usum scribit, quando in haec erumpit verba. Reete in Melancholia suademus usum acidularum que participant de Marte, Vitriolo & Salibus, beneficio quorum corrigunt glutinosam sanguinis interoperiem; illa enim partes metallica omnes corporis mandiblos & tubulos angustissimos possunt perreptare, atque humores viscidos obstruentes resolvere & fluxiles reddere. Illa enim Martialis destruunt ac corrigunt vitiosum in sanguine acidum; quod peccat in Melancholico sanguine, si enim in corpus assumentur, acidum vitiosum agit in illa. Cui calculum adjicit Willius Afferens. Aqua acidula ferrata pro sanandis Melancholicis maximum sapè commodum præstare solent; quatenus nimirum sanguinis mala fermenta destrunt, viscerum fôrdes abstergent, obstrunctiones reserant, & quod insignis emolumenti est ad strictione sua. tum viscera debilia ant laxa nimis corroborant; tum vasorum in cerebrum dehiscentium ora occludunt, quo minus in ipsum una cum succo nervo materie extranea aditus pateat. Hanc ob rationem vitriolica ferri parata in Melancholia utiliter exhiberi solent. Formulae possunt esse tales. Rx. Vitrioli Martis. Cremor. Tartar. Ocul. Cancr. ana. ʒj. Misce. Fiat pulvis in novem partes dividendus. Sumatur pars una omni mane in hausta aquæ destillatae Meliss. Borrag. Bugloss. &c. vel decocti vel juseuli appropriat. vel Rx. Syrup. de Chalybe ʒjv. Sumatur Cochlear unus bis in die, vehiculo idoneo. Rx. Mart. Sulphurat. gr. iij. Ocul. 69. gr. xij. Antimon. diaph. gr. vj. Olei Carvi. gt. j. Misce fiat pulvis pro una dosi. vel Rx. Limat. Chalyb. subt. tritæ & cibr. ʒj. Saechar. ʒs. Macis ʒj. M. Fiat pulvis tenuis, cuius dosis quantum cuspidi cultri contineri queat, bis de die, vel à scrup. i. ad ʒs.

Quarto.

## ISV X L V.

Quarto. Humores Melancholici vel atrabilarii evacuentur. Et quoniam in paragrapo 35 hujus dissert. duabus aliis Melancho-  
liæ causis proximis adhuc tertiam adjecimus aciditatem nempe  
vel cruditatem ventriculi (per aciditatem illam autem nihil aliud  
intelligimus quam humoris mucosi & acidi in ventriculo & pri-  
mis viis collectionem) merito mucosum illum humorem evacu-  
ari jubemus per vomitoria magis quam per cathartica: nam  
pro muco illo crasso, qui ventriculi & intestinorum parietibus  
adhaeret & fermentationem impedit, educendo, non sufficient pur-  
gantia: quod tamen præstant vomitoria; in tali enim concusione  
qualem illa excitant mucus ille facile abraditur atque eliminatur;  
quia suo, quo guadent, Sale acri volatili fibras spasmodicè velli-  
cant, ut à fundo ventriculi versus superius ejus orificium us-  
que & ad fauces contrahantur, & ita viscidum mucus abradant.  
Ejusmodi vomitoriorum longa est series: cœteris omnibus ferè  
palmam præripit Tartarus emetic. Mysicht. præcipue ille, qui  
a Cl. Ludovico correctus est ejus præparation. descripsit Wald-  
schmid. lib. v. inst. c. 9. Sal Vitrioli vomitivum, Flores & Radic-  
es Afari, Anethi, Summitates sambuci recentes in Aq. hordei vel  
Buglossæ vel Borraginis decoctæ. Non ultimum meretur lo-  
cum pulvis emetius correctus Zwelseri, ejus præparandi me-  
thodus videtur apud Waldschmid. loc. suprà citato. Recentio-  
ribus quibusdam usitata est Aq. vomitoria, quæ paratur ex Nu-  
cum juglandium viridum & Radicis Raphani an. partibus 2. A-  
ceti part. 3. Quæ simul per dies quinque leni calore digerun-  
tur & postea destillantur. Aquam hanc exhibent 3ij. vel 3ij. pon-  
dere. Nonnulli eam fortiorem reddunt addendo tertiam vel quar-  
tam partem aquæ vomitoria Rulandi: Quam descripsit fennert.  
lib. v. inst. part. 1. sett. 12. Robustioribus & quadratis exhibe-  
ri jubet Willisius infusiones Croci Metallor. aut Mercur. vitæ.  
aut Sulphuris Antimonii aut vitr. Antimonii. Hæc enim for-  
tiora sunt, quæ pro praxi nostra non annotamus, in hoc tamen  
affectu ejusmodi medicamenta requiruntur: lenia enim nihil vel  
parum præstare possunt, quia valde crassi sunt & lento gradu ac-  
cedunt, unde non ita facile ad talem spasmodicam contractionem  
irritari possunt.

## §. XLVI.

Non tamen penitus purgantia sunt excludenda nec nimis frequenter usurpanda: sufficiat enim intra 6. aut 7. Dies exhibere, atque aliis temporibus alyus, si adstricta fuerit, per enemata subducatur. Quia vero humores Melancholici duplices sunt generis (uti antea dictum est) glutinosi scilicet & austeri acidi; duo etiam genera medicamentorum proponemus istos purgantium. Humores glutinosos evacuant Melanagoga sic dicta, inter quae recte recententur folia sennæ; quia blandum est medicamentum quod rectius in infuso à drachma j. ad ij. vel iij. cum tantillo salis Tartari exhibetur. Potest etiam dari in substantia, sed tunc nauseam & tormina parit, uti etiam si decoquatur. Egregia inde paratur Tinctura cum aqua rosarum & sale Tartari, quæ ad unicas tres vel quatuor exhibita alvum absque ulla molestia stimulat. Helleborus niger famosum quidem est purgans, sed quia ægrotis sæpe majus affert malum, nos alieni sumus ab illius usu. Jam enim longe præstat lenioribus & mitioribus humorum receptacula blandè emulgere, atque viscera tantum & primas vias fine magnis sanguinis & spirituum commotionibus abstergere, quod faciunt Radix Polypod, Epithym. Electuarium de Tamarindis quod datur à 3x. ad 3iv. cum aqua Cichorii dissolutum, addito tantillo Cremor. Tartari & Syrup. de Cichor. 3b. vel 3vj. quod egregie in hoc convenit affectu. In magnitudine Nuc. Moschat. alternis diebus antea prandium sumi potest: nam videtur hoc medicamentum dicatum Melancholicis, Hypochondriacis, Scorbuticis & Hystericis. Extract. Melanagog. Mynsichti inter hæc purgantia non postremum est, detur in forma pilulari à 3j. ad 3ß. Qui uberiorem & majorem medicamentorum catharticorum hoc in affectu conducibilium desiderat seriem, legat: *Celeberrimum Wedelium: de medicam facultat, item Willif. de facult. medicinæ tract. de anim. brut. part. 2. cap. xi. Sylv. lib. 2. Method. medend. cap. 6.7.8.9. Tunc a Guldenkee Tract. de morbis venenatis cas. 15. Humores austeri acidi magis propriè Melancholici dicti evancentur per Hydragoga, postquam jam ab alterantibus sic correcti & temperati sunt, ut seri formam habeant & consistentiam. Ex Hydragogis elicimus Electuarium Hydragohum Sylvii. Pulverem solutivum Tar tarisatum Zwelferi, Radicem Gialappæ decantatissimam datur à 3j. ad 3ij. addito Cremor. Tartari vel Sale Tartari vel Tartar. Vino*

et c.

triolato

triolato à gr. v. ad 3. Resina & Magisterium ad gr. viij. adhibeantur. Paratur inde potiuncula parvæ quidem molis sed magnæ virtutis, hunc in modum. 3. Resin. Gialapp. gr. x. solve cum tantillo vitelli ovi, adde Aquæ Meles. vel Cinnamom. Bugloss. 3. Conducunt quoque sudorifera & anti scorbutica quia simul peccat intempéries salsa sanguinis.

## §. XLVII.

Ultimo vires ac totum corpus roboretur per Confortantia quæ etiam Cardiaca vocantur, forsan quia sanguinis fermentationem subito augent, qualia sunt omnia spirituosa, volatilia aromatica oleosa & præprimis Theriacalia quæ eo ferè momento quo ad sanguinem deveniunt, fermentationem augent uti sunt. Sal. volatil. Oleosum Sylv. Liquor. C. C. Succinat. Spir. Sal. Ammoniac. Tinct. Auri & Lunæ. Tinct. Corallior. ut & Essent. Anodyn. in nostris prostans officinis. Essent. Flor. Anthos. Essent. Ambr. Item Puly. Anodyn. Confort. omnes Pulveres Bezoart. &c. &c.


## §. XLVIII.

De Vitæ genere atque Diæta notetur, ut æger versetur in Aëre sereno nec nimis calido, nec nimis frigido sed bene temperato. Victus ratio ejusmodi sit, quæ Melancholicos humores tam austeros acidos quam pituitos glutinosos minime possit procreare. Cibis potest uti Gallinis, Caponibus, Gallis indicis, Perdicibus, Alaudis & jusculis ex horum carne paratis que salubrem præbent succum & bene nutrunt. Vitat è contrario carnem v. gr. suillam, vervecinam & agninam ob glutinositatem qua gaudent, item omnia fumo exsiccata alimenta quia sal. muriaticum, quo prædicta sunt, sanguini est infensum; abstineat quoque à saccharatis quantum possibile est, siquidem acidum vitiosum angeant ut inde variæ existant fermentationes vitiosæ. In Saccharo enim latitat multum acidi acris unde & Saccharata & dentes & ossa exedunt, & sanguinem cum cæteris succis acriorem reddunt, sicque venenum in cauda habet, (uti ajunt) mel est in ore fel in corde. Vinum æger bibat tenue album, neque valde vetus atque debile. Forte enim caput tentat. Cerevisia æque ac vinum tenuis ac levis debet esse: Primum autem inter omnia alia potulenta Melancholicis dicata sibi vendicat

50 DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS.

locum aqua pura fontana lympha, tenuis & Crystallina tum jure antiquitatis tum salubritatis, & quod caput rei est, quia nullibi acescat, ut ipsis etiam ægrotantibus, nisi frigus ejus obstat, tute & sine ullo periculo propinari possit. Exercitium sit modicum, equitatio aut ambulatio per loca amoena, aut navigatio. Somnus hoc malo affectis magnam affert utilitatem, quapropter si sponte non obrepatur, conciliandus est remediis paragr. 47. dictis. Gaudio ac hilaritate, jucundis sermonibus, cantu aut Musica & similibus ægrorum animus sit erigeandus. Et hic dissertationis nostræ sit finis & laus & Gloria.

# TRINIS.



MENTATIO JURIDICA  
INTER CIVITATIS,  
ET CIVILIS  
INTER EMPTOREM & VEN-  
DEM COMPOSITAM.  
ACARUS DILEXIT MAX-  
IMUS NOSTRUS DILECTUS,  
**H. JOHANNIS BEUSDEN,**

Philosophie Doctor, ac Lingue Sacer in Blaafeld  
Academie Ultrajectina Professor Ordinarii,

1700. 1701. 1702. 1703.

1704. 1705. 1706. 1707.

1708. 1709. 1710. 1711.

1712. 1713. 1714. 1715.

1716. 1717. 1718. 1719.

1720. 1721. 1722. 1723.

1724. 1725. 1726. 1727.

1728. 1729. 1730. 1731.

1732. 1733. 1734. 1735.

1736. 1737. 1738. 1739.

1740. 1741. 1742. 1743.

1744. 1745. 1746. 1747.

1748. 1749. 1750. 1751.

1752. 1753. 1754. 1755.

1756. 1757. 1758. 1759.

1760. 1761. 1762. 1763.

1764. 1765. 1766. 1767.

1768. 1769. 1770. 1771.

1772. 1773. 1774. 1775.

1776. 1777. 1778. 1779.

1780. 1781. 1782. 1783.

1784. 1785. 1786. 1787.

1788. 1789. 1790. 1791.

1792. 1793. 1794. 1795.

1796. 1797. 1798. 1799.

1800. 1801. 1802. 1803.

1804. 1805. 1806. 1807.

1808. 1809. 1810. 1811.

1812. 1813. 1814. 1815.

1816. 1817. 1818. 1819.

1820. 1821. 1822. 1823.

1824. 1825. 1826. 1827.

1828. 1829. 1830. 1831.

1832. 1833. 1834. 1835.

1836. 1837. 1838. 1839.

1840. 1841. 1842. 1843.

1844. 1845. 1846. 1847.

1848. 1849. 1850. 1851.

1852. 1853. 1854. 1855.

1856. 1857. 1858. 1859.

1860. 1861. 1862. 1863.

1864. 1865. 1866. 1867.

1868. 1869. 1870. 1871.

1872. 1873. 1874. 1875.

1876. 1877. 1878. 1879.

1880. 1881. 1882. 1883.

1884. 1885. 1886. 1887.

1888. 1889. 1890. 1891.

1892. 1893. 1894. 1895.

1896. 1897. 1898. 1899.

1900. 1901. 1902. 1903.

1904. 1905. 1906. 1907.

1908. 1909. 1910. 1911.

1912. 1913. 1914. 1915.

1916. 1917. 1918. 1919.

1920. 1921. 1922. 1923.

1924. 1925. 1926. 1927.

1928. 1929. 1930. 1931.

1932. 1933. 1934. 1935.

1936. 1937. 1938. 1939.

1940. 1941. 1942. 1943.

1944. 1945. 1946. 1947.

1948. 1949. 1950. 1951.

1952. 1953. 1954. 1955.

1956. 1957. 1958. 1959.

1960. 1961. 1962. 1963.

1964. 1965. 1966. 1967.

1968. 1969. 1970. 1971.

1972. 1973. 1974. 1975.

1976. 1977. 1978. 1979.

1980. 1981. 1982. 1983.

1984. 1985. 1986. 1987.

1988. 1989. 1990. 1991.

1992. 1993. 1994. 1995.

1996. 1997. 1998. 1999.

1998. 1999. 2000. 2001.

2002. 2003. 2004. 2005.

2006. 2007. 2008. 2009.

2010. 2011. 2012. 2013.

2014. 2015. 2016. 2017.

2018. 2019. 2020. 2021.

2022. 2023. 2024. 2025.

2026. 2027. 2028. 2029.

2030. 2031. 2032. 2033.

2034. 2035. 2036. 2037.

2038. 2039. 2040. 2041.

2042. 2043. 2044. 2045.

2046. 2047. 2048. 2049.

2050. 2051. 2052. 2053.

2054. 2055. 2056. 2057.

2058. 2059. 2060. 2061.

2062. 2063. 2064. 2065.

2066. 2067. 2068. 2069.

2070. 2071. 2072. 2073.

2074. 2075. 2076. 2077.

2078. 2079. 2080. 2081.

2082. 2083. 2084. 2085.

2086. 2087. 2088. 2089.

2090. 2091. 2092. 2093.

2094. 2095. 2096. 2097.

2098. 2099. 2100. 2101.

2102. 2103. 2104. 2105.

2106. 2107. 2108. 2109.

2110. 2111. 2112. 2113.

2114. 2115. 2116. 2117.

2118. 2119. 2120. 2121.

2122. 2123. 2124. 2125.

2126. 2127. 2128. 2129.

2130. 2131. 2132. 2133.

2134. 2135. 2136. 2137.

2138. 2139. 2140. 2141.

2142. 2143. 2144. 2145.

2146. 2147. 2148. 2149.

2150. 2151. 2152. 2153.

2154. 2155. 2156. 2157.

2158. 2159. 2160. 2161.

2162. 2163. 2164. 2165.

2166. 2167. 2168. 2169.

2170. 2171. 2172. 2173.

2174. 2175. 2176. 2177.

2178. 2179. 2180. 2181.

2182. 2183. 2184. 2185.

2186. 2187. 2188. 2189.

2190. 2191. 2192. 2193.

2194. 2195. 2196. 2197.

2198. 2199. 2200. 2201.

2202. 2203. 2204. 2205.

2206. 2207. 2208. 2209.

2210. 2211. 2212. 2213.

2214. 2215. 2216. 2217.

2218. 2219. 2220. 2221.

2222. 2223. 2224. 2225.

2226. 2227. 2228. 2229.

2230. 2231. 2232. 2233.

2234. 2235. 2236. 2237.

2238. 2239. 2240. 2241.

2242. 2243. 2244. 2245.

2246. 2247. 2248. 2249.

2250. 2251. 2252. 2253.

2254. 2255. 2256. 2257.

2258. 2259. 2260. 2261.

2262. 2263. 2264. 2265.

2266. 2267. 2268. 2269.

2270. 2271. 2272. 2273.

2274. 2275. 2276. 2277.

2278. 2279. 2280. 2281.

2282. 2283. 2284. 2285.

2286. 2287. 2288. 2289.

2290. 2291. 2292. 2293.

2294. 2295. 2296. 2297.

2298. 2299. 2300. 2301.

2302. 2303. 2304. 2305.

2306. 2307. 2308. 2309.

2310. 2311. 2312. 2313.

2314. 2315. 2316. 2317.

2318. 2319. 2320. 2321.

2322. 2323. 2324. 2325.

2326. 2327. 2328. 2329.

2330. 2331. 2332. 2333.

2334. 2335. 2336. 2337.

2338. 2339. 2340. 2341.

2342. 2343. 2344. 2345.

2346. 2347. 2348. 2349.

2350. 2351. 2352. 2353.

2354. 2355. 2356. 2357.

2358. 2359. 2360. 2361.

2362. 2363. 2364. 2365.

2366. 2367. 2368. 2369.

2370. 2371. 2372. 2373.

2374. 2375. 2376. 2377.

2378. 2379. 2380. 2381.

2382. 2383. 2384. 2385.

2386. 2387. 2388. 2389.

2390. 2391. 2392. 2393.

2394. 2395. 2396. 2397.

2398. 2399. 2400. 2401.

2402. 2403. 2404. 2405.

2406. 2407. 2408. 2409.

2410. 2411. 2412. 2413.

2414. 2415. 2416. 2417.

2418. 2419. 2420. 2421.

2422. 2423. 2424. 2425.

2426. 2427. 2428. 2429.

2430. 2431. 2432. 2433.

2434. 2435. 2436. 2437.

2438. 2439. 2440. 2441.

2442. 2443. 2444. 2445.

2446. 2447. 2448. 2449.

2450. 2451. 2452. 2453.

2454. 2455. 2456. 2457.

2458. 2459. 2460. 2461.

2462. 2463. 2464. 2465.

2466. 2467. 2468. 2469.

2470. 2471. 2472. 2473.

2474. 2475. 2476. 2477.

2478. 2479. 2480. 2481.

2482. 2483. 2484. 2485.

2486. 2487. 2488. 2489.

2490. 2491. 2492. 2493.

2494. 2495. 2496. 2497.

2498. 2499. 2500. 2501.

2502. 2503. 2504. 2505.

2506. 2507. 2508. 2509.

2510. 2511. 2512. 2513.

2514. 2515. 2516. 2517.

2518. 2519. 2520. 2521.

2522. 2523. 2524. 2525.

2526. 2527. 2528. 2529.

2530. 2531. 2532. 2533.

2534. 2535. 2536. 2537.

2538. 2539. 2540. 2541.

2542. 2543. 2544. 2545.

2546. 2547. 2548. 2549.

2550. 2551. 2552. 2553.

2554. 2555. 2556.

DISSEMINATIO MEDICA IN AURELIA.

Iacobus aqua pura facetas tigridia, conditae Crystallinae cum jure  
potissimum cum bolbitis, & cunctis cibis, non habent  
admirabilem, & raro appetitatem, sed inveniuntur, quae  
bolbitis ultra primitio ex aliis pelet. Hinc enim ex auctoritate  
romanius neq; probulimus pro loco dicimus, ex aliorum. Secundum  
ideam illius, secundus magnus effere solitum, qui pectus & ventri  
non obsecrat, coquendus ab arcuatus paratur, ac dicti. Cocco  
se habentes, hinc ad fons amarus, unde aut Melica & fons  
separata sunt, ut in ista. Et hoc noster ex quo pollo. P. fons  
Secundum Cocco.

T R I N I S

